

S Y M B O L A
D I V I N A & H U M A N A
P O N T I F I C U M,
I M P E R A T O R U M
R E G U M;

Ex Musæo

O C T A V I I d e S T R A D A,
C I V I S R O M A N I.

Accessit brevis & facilis Isagoge
JACOBI TYPOTII.



A R N H E M IÆ;
Apud J o h. F R I D E R I C U M
H A G I U M.
A N N O M D C L X X I X.

Symbola S. Crucis.
VI. HIER.GEM.



VI. Hierographia gemina.

TEMPERANTIA.

En virtutis gemmæ, totidem facies. Temperantiae & Fortitudinis. Delitiae enim non est Crux.

1. Si inimitabilis est Christi virtus; Bos ab armento digressus, quod fit & fieri scribit Aristoteles, ἀτιμαγελεῖν vocat, & sub illice, recubans, solitudinem nobis continentiam, & parsimoniam commendat: Jam enim non despumat in libidinem: & nos si vitaremus contagia: & ut ille, glandifera arbore, nos paucis contenti, pabulum Luxuriae negaremus, ne tenor vitae concinnior existeret & dignior Christo, cui vita nostra tanti constitit. Nec taurus solum non instruit, prò pudor! brutum animans; sed nec animans, frenum & canon, quæ de ramo ilicis vides pendere, ut appetitum refrenemus, & rationis canone conipecamus.

FORTITUDO.

2. Et h̄c bellua nos animat. Rhinoceros est, ad fortitudinem, ut Taurus ad Temperantiam, melius nota Oppiano, quam Aristoteli. Nam Romæ Pompejus exhibuerat populo: Emanueli Regi Lusitanias exhibuit Cambeja. Fortitudinis exemplar est: quod è duello,

duello, quod cum Elephante, propter pa-
scua perpetuum est, nunquam redeat, ni par-
ta victoria. Mori scilicet mavult, quam vin-
ci. Ad Fortitudinem quoque spectant, quæ
vides de annosa quercu suspensa, Arcus &
Pharetra, imò ipsa quercus, quæ suo robo-
re, elidit robur tempestatis, ne dicam tem-
poris. Ita longæva est. Quanquam non vires
corporis, sed animi robur, animans nos per
animantia, plantas, & inanima Natura à
nobis requirat. Fortis enim est, qui se ipse
vicit: & quibus vulgo pauci reluctantur, si
non ratione, recordatione Crucis, superavit
animi, veluti procellas, impetus.



Symbo-